

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Qvaestio XXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

QVÆSTIO XLIV.

Quando & quatenus poena homicidii simplicis exasperari debeat?

S V M M A R I A.

1. Index secundum Leges & Constitutiones debet iudicare.
2. Facti quaestio in arbitrio iudicantis est, ac persecutio poena auctoritati legis reservatur.
3. Ex iusta tamen causa poena potest exasperari, n. 9. 10. 11. 12. 13.
4. Non omnia peccata & delicta indifferenter sunt aequalia, n. 5. 6.
7. Homicidium grave & atrox crimen est.
8. Separationum factorum separata est ratio.
14. Quanam cause sint sufficientes ad exasperandam poenam homicidii, n. 15.
16. Homicidium ex proposito & deliberato animo perpetratum gravius coercendum est.
17. Responsa Scabinorum Lipsensium.
18. Si es lucri in homicidio, delictum aggravat, n. 19.
20. Si quis interficiat feminam impragnatam, ne stuprum manifestetur, n. 24. 25.
21. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 22. 23. 26.
27. Homicidium quandoq; in Crimen laesa maiestatis incidit.
28. Gravius redditur homicidium, quod in persona illustri vel Domino committitur, n. 29. 30.
31. Poena eius qui Magistrum suum occidit.
32. Responsa Scabinorum Lipsensium.
33. Poena occidentis infantem.
34. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 35.
36. Poena occidentis aegrotum hominem, n. 37.
38. Decretum Scabinorum Lipsensium.
39. An poena homicidii exasperanda sit, si quis aliquem occidat in domo sua, n. 41.
40. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 42.
43. Homicidium in loco sacro commissum.
44. Poena turbatoris Sacrorum.
45. Responsum Scabinorum Lipsensium.
46. Poena occidentis aliquem in via publica, n. 47. 48. 50.
49. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 51.
52. Ratione temporis delictum quando atrocius reddatur, n. 53.
54. Homicidium die festo commissum, num gravius puniendum sit, n. 58.
55. Responsa Scabinorum Lipsensium, 56. 57.
59. Qualitas criminis auget poenam, n. 60.
61. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 62. 63.
64. Ratione quantitatis quomodo crimen homicidii aggravetur.
65. An & quatenus homicidium reiteratum gravius sit puniendum, n. 66. 67. 69. 70. 75.
68. Absq; lege nil temere est asseverandum.
71. Sententia Scabinorum Lipsensium.
72. Intellectus art. 130 Ord. Crim. & Cõst. El. 3. par. 3.
73. A separatis nulla fit illatio.
74. Explicatio art. 137. §. 1. Ord. Crim.
76. Responsa Scabinorum Lipsensium.
77. Ex eventu quoq; crescit delicti atrocitas.
78. Iudicis arbitrium in exasperandis poenis quale esse debeat.

C. de cohortal. eod. l. Nam cū delicta diversis qualitatibus atq; circumstantiis definiantur, quas singulas lex exprimere non potuit; Religionem certè iudicantis relinquendū est, ut is estimet, ex quibus causis delictū atrox efficitur. *l. nō possunt ff. de leg.*

Non n. assentiendum est Stoicis, qui omnia peccata aequalia esse cōtendūt, propterea, quod peccare nihil aliud sit, quā trāsire lineas: Quod cum ab aliquo factum est, eo ipso culpa cōmissa est. Neq; ad augendam transeundi culpam quicquam pertinere, quā longè ab aliquo progressio facta sit in delictō, si semel sit facta transgressio; Nam quicquid peccatur, perturbatione ordinis atq; rationis peccatur: semel autē perturbata ratione & ordine, nihil potest addi, quo magis peccari posse videatur, ut ex sententiā Stoicorum tradit *M. T. Cicero in paradoxis.*

Licet namq; peccatum ipsum unum sit genere, tamē specie est multiplex, & diversum, quod diversitatem etiam inducit poenarum; quas proprium casum excedere nō convenit, *l. si quis forte 6. §. fin. & l. capitatum 28. §. Incēdiarii ff. de pen. l. si servus 3 ubi gloss ff. ad Leg. Aquil. Azō in summ. C. de poen. & Hostiens. in summar. eod. tit. n. 6. & 10. Soc. reg. 239* Et ut maxime dicatur transire lineas, qui pauciores aliquot passus, acis qui plures processit; negari tñ. non potest, progressionem huius, qui plures passus processit, multo esse maiore, adeoq; progressionis audacia culpā augeri; Quemadmodum & perturbatio animi alia maior, alia minor est: Cuius rei consequens est etiam peccatum aliud alio maius aut minus esse solere. *Nicol. Reusn lib. 1. dec. 18. n. 8.*

Quamvis etiam concedendum, peccatū maximè

L

ximè

In homicidio qualificato, quod speciale criminis nomen fortitur, quale est *Parricidium*, *Affassinium*, *Veneficium* & *Latrocinium*, ob singularem atrocitatem poenam homicidii ordinariam, quæ est gladii, aggravari, & pro singulis hisce delictis specialia suppliciorum genera cōstituta esse hæcenus luculenter fuit demonstratum. Restat jam definire: *An etiam in homicidio doloso simplici, poena ordinaria quandoq; exasperari queat ac debeat?*

- Equidem, quod de iudice scribit prælarè *M. T. Cicero*, meminisse eum debere, non solum sibi potestatem datā, verum etiam fidem habitam esse, & semper non quid ipse velit, sed quid Lex & Religio cogat, cogitare, neq; sibi quodcumq; concupierit, licere, sed habere in consiliol ege, Religionem, Æquitatem, Fidem: id præcipue in poenis Reo infligendis est necessarium, ubi graviter mandatum est Iudici, ut non aliter iudicet, quā legibus, constitutionibus, aut morib. receptum est. *pro Clem. Instit. pr. Inst. de off. iud. l. 1. §. sed & si ff. ad Leg. Cornel. de fals. Nov. 82 §. omnia.*
- Neq; sicuti facti quaestio in arbitrio iudicantis est, ita etiam persecutio poenæ eius voluntati committitur, sed auctoritati legis reservatur, *l. si operis 14. C. de poen. l. 1. §. calumniatoribus. in fin. ff. ad Sc. Turpillan. l. ordine 15. in pr. ff. ad municip. c. de causis 4. §. fin. de Offic. delegat. c. si quem poenituerit. 8 §. notandum 2. q. 3 c. iudicet. 4. §. 1. 3. q. 4. 7. Robert. 4. sent. 15.*
- Nihilominus tamen circumstantiæ occurrere possunt, ex quibus lenitatem poenæ etiā exasperare iudici licet. *Lucas de Pen. in l. 1. C. de fert. libr. 12. n. 44. & seqq. & in l. si apparitor. 6. n. 25. & seqq.*

ximè ex animo aſſimari, & mentem atq; ptopo-
litum maleficia diſtinguere, adeò ut eadem facta
non ab eodem, nec à cauſis iisdem profecta
longè diſſimilima iudicentur, *L. qui injuria 53 ubi
gloſſ. de ſurt. l. 33. de miur. l. 1. C. ad leg. Corn. de fi-
car. e. non eſt 15. q. 1.* non tamè ſola voluntate aut
affectione delinquentis, ſed & rei ipſius magni-
tudine & qualitate delicta metienda eſſe, non
eſt dubium, *L. aut facta 16. §. ſed hac quatuor ff. de
pæn. l. Pedius ibi: & rerum qualitate ff. de incend.
ruin. naufr. c. ſicut dignum in pr. ubi gloſſ. in verb.
quantitas de homicidio.*

Non ergò omnia delicta ac crimina æquè
gravia, neq; unius delicti circumſtantia ac qua-
litates omnes cædes ac ſimiles ſunt; adeoq;
multum omninò decernendum eſt non ſolum
inter delicta, quæ multum variant, *L. abſentem.
5. §. ſin. l. perſpiciendum 11. §. delinquitur autè pro-
poſito. ubi gl. in verb. aut caſu ff. de pæn. l. 1. in pr.
junct. §. divus ad ff. ad leg. Corn. de ſicar. §. placuit
Inſt. de obl. qua ex delict. naſcuntur.* verum etiam
inter qualitates delicti, & ipſos delinquentes, ut
noxa ſemper gravior ſequatur caput, & pœna
major autorem quàm alios, qui autoritate vel
exemplo ipſi peccant *l. 10. gl. ff. de ſerv. corrupt.
l. ſi quis aliquid ex metallo, 38. §. auctores ſeditionis
ff. de pæn. l. ſancimus 22. ubi gloſſ. in verb. teneant.
C. eod. tit. quoniã multa 6. C. ad leg. Jul. de vi publ.*

7 Sic nempe homicidium, etſi per ſe grave &
atrox crimen eſt, Deo pariter & hominib; ſum-
mè deteſtabile, & periculòſe de pæn. diſt. 1. *Gl. in l. ſi
quis homicidij C. de accuſat. Paris de Puteo in tr. act.
Synd. fol. 105. Hypp. de Marſil. conſ. 7. in pr. multò
tamen gravius & execrabilius ex varijs eiuſdem
qualitatibus & circumſtantijs reddi poteſt, ut
non facilè quis negaverit pœnam homicidij
quandoque exaſperari debere; *Tiraq. in tr. act. de
pæn. leg. imper. cauſ. 49. n. 13. & ſeq. Cùm ſeparato-
rum factorum ſeparata ſit ratio, atq; l. cum actiõ.
17. ff. de negot. geſt. l. ſin. ff. de calumn. l. procuratoris.
5. §. ſi plures ff. de tributor. act. l. 1. §. merito ff. de
poſiti l. cum eiuſdem. 34. l. adiles. 38. in ſin. ff. de adil.
adil. l. ſi ſponſus. 5. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.**

Neq; videbitur iudex iſtud faciens, pœnam
9 homicidij à Lege ſtatutam tollere, aut legi de-
rogare, (quod ipſi ne utiquam concedendum,) ſed factum potius ipſum, quod in pœnam inci-
dit ita concludere atq; definire, ut non ea lege
puniendum cenſeatur; maximè cum hodiè om-
nia ferè crimina ſint arbitraria, & extra ordi-
dinem puniantur, *l. 1. §. 1. ff. ad Sc. Turpill. hodiè
13. ff. de pæn. §. in ſumma Inſt. de iniur. pr. Inſt. de
publ. iud. ita ut pœnam à ſtatuto vel lege defini-
tam iudex augere, deminuere, vel in aliam cõ-
mutare queat. *Bart. in l. quid ergo 3. §. pœna gra-
vior ff. de his qui not. infam. & in l. ſin. ff. de receptat.
Tiraq. de pæn. leg. in praſat. 20.* Minus quoq; hoc
caſu videtur peccare iudex contra æquitatè, quæ
ſtricto iuri ſemper præferenda eſt. *l. 8. ubi Petr.
Gilken. C. de iud. Phil. Matth. & Petr. Fab. ad l. 90.
ff. de reg. iur. Nam ut Bologn. in tr. act. de leg. c. 28.
docet, æquitas non conſtitit ſemper in cõmiſe-
ratione & lenitate, ſed quandoq; in ſeveritate,
ob quam ipſa etiã æquitas pœnas acuit; ut ex-
plum eſt in l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſt. l. 1. §. 1. ff. de eo per
quem fact. er. quo min. qui in iudic. Imò etiam in
ipſa ſeveritate æquitas & temperamentũ quod-**

dam benignitatis adhiberi debet, monentè
Martiano in l. 11. in prin. ff. de pæn.

Quinimò, ob immanitatem criminis iudex 10
hoc facere & pœnas ordinarias transgredi de-
bet, quoniam favor publicæ diſciplinæ ſuadet,
ut maleficia puniantur. *Thom. Gram. in vot. 14.
n. 18. & ſeqq. Aug. Dulcet. in tr. Et. de ſynd. n. 44.
Paris de Puteo, de ſynd. in verſ. lateo.* ubi ait, pœ-
nam eſſe accelerandam contra malefactores
propter publicam utilitatem & pacem, quie-
temq; in populo conſervandam. Equè enim ſe
habent, delinquere, & in delinquentes inferen-
da ſupplicia intercipere, ut ſcripſit *Procop. lib. 3.
de bello Gothico.*

Nullum itaq; dubium eſt, quin iudex in homicidio 11
etiam ſimplici, ob enormitatem delicti pœnam ordi-
nariam gladii aggravare & exaſperare queat, ob textũ
expreſſum in Ord. Crim. Car. V. Imp. art. 137. ſit. ita ut
Reus homicidij trihæ illigatus ad locum ſupplicij rap-
tetur; Vel ante executionem forcipibus candentibus
uſtuletur; Vel facta executione cadaveri Rotæ aſſigatur;
Vel etiam Rotâ contundatur; pro ratione ſcilicet, enor-
mitatis & qualitatis cuiusq; homicidij; cum nulla cau-
ſa melius aſſimetur, quàm ex facto ipſo & circumſtan-
tijs emergentibus, quæ varietatè inducunt, adeoq; pro
qualitate facti condemnatio exaſ; cretur, arg. *l. Pompo-
nius. 15. in ſin. ff. de negot. geſt. l. nonnunquam, 72. in ſin. ff. de
iudic. l. inſurandum. 34. §. non ſemper ff. de iur. iur. l. item
apud Labonem, 15. §. quod aut prator. in ſin. ff. de inſur. l. aut
facta 16. ff. de pæn. l. 5. C. de naufr. ruin. & incend.*

Exaſperare enim pœnam tunc deum licet, ſi cau-
ſa legitima interveniat, quàm iudex diſcretus benè 12
ponderare atque examinare neceſſim habet, ita ut nec
ſeveritatis neq; clementiæ laus aſſectetur. *l. perſpicien-
dum 11. ff. de pæn.* Neque enim iudex lege ſevèrior, neq;
clementior eſſe debet, *l. ſeruus 8. C. ad leg. Jul. de vi publ. l.
ſiqua pœna 244. ff. de verb. ſignif. l. ſi hominem 7. in pr. ff. de
poſiti.* Sed omninò pœnas iuxta meſuram & qualitatem
delicti inſtigere debet, quod & Divina lege præcipitur.
*Deut. 25. Pro meſura peccati (Inquit Jehova) plagarum
modum eſto; ne videlicet propter impunitatem, peccandi aut de-
linquendi occaſio aliqua præſtetur. Nicol. Reuſn. l. 2. tit. 16. n. 5.*

Adeoq; ex perſonarum conditione & rerum quali-
tate diligenter eſtimandum eſt, ne quid aut durius, aut
remiſſius, quàm cauſa poſtulat, conſtituatur. *l. Pedius 4.
in ſin. ff. de pæn. ſed modus ubique tenendus eſt, l. ex cla-
mni. 40. in pr. ibi: quia honeſtus modus ſervandus eſt. ff. de
dam. inſeſt. cum æquè peccer id quod excedit, quàm
quod deficit. Senec. lib. 2. de benef. cap. 16.*

Idq; eò magis iudex diligentiffimè observa-
re debet, quia jurato promiſit, ſe facturum & 13
judicaturum ſecundum id, quod ei viſum fue-
rit juſtius & melius, *Auth. hodiè ubi gl. C. de j. d.
Ordin. Crim. Imp. art. 3. & art. 150.* ita nimirum,
ut ab eo omnis timor, cupiditas, odiũ, ſeveritas,
imprudencia, amor amicitia, gratia, munera, re-
miſſio vel miſericordia nimia, adeoq; alia omnia, quib;
humanum iudicium pervertitur, procul abeſſe debeãt.
c. iudicare. & c. quatuor, ubi gloſſ. 11. q. 3.

At: *Quanam cauſa iuſta, legitima, & ſufficientes, ad ex-
aſperandam pœnam homicidij reputantur? Sanè, hæc re- 14
gulã certa definitiã ac comprehendi nequeunt,
ob multifarias facti qualitates, quas ſingulas le-
ges exprimere non potuerunt. Igitur religioni
& arbitrio diſcreti iudicis relinquendũ quando
& quomodo pœnã homicidij aggravare debeat.
In quã rē duos ſales adhibebit: ſalem ſcientiæ,
ne ſit inſipidus; & ſalem conſcientiæ, ne ſit Dia-
bolicus, *Bald. in l. 2. n. 7. C. de ſentent. ex brev. recit.*
Maximè verò in caſibus eiuſmodi ſingulacibus
non tã ex iure ſcripto, quàm ex laudabili iudicio-
rum principaliũ uſu & conſuetudine, & dilige-
ti conſideratione factorũ ipſorum, locorumq;
actum.*

ac temporum qualitate, & conditione personarum. Denique ex præceptis politicis atque exemplis iudicium ac sententiam fieri debere consentaneum est: Cum & aliis in pœnis arbitrii iudex respicere debeat ad id; quod eo loco fieri consuevit, ut notat Anton. Gomez. *lib. 3. var. resolut. c. 6. n. 8.*

Et sic perpenso iudicio, prout quæq; res expostulat, statuendum est ut monet Iustus Marciarius in *l. perspicendum, 11. in pr. ff. de pœn.*

15 Quemadmodum etiam omnes & singulas rerum, & facti ipsius circumstantias, accuratè & diligenter ponderare jubet Claud. Saturn. in *l. aut facta 16. ff. de pœn.* ubi septem modis delicta consideranda esse tradit: Nimirum, *Causa, Persona, Loco, Tempore, Qualitate, Quantitate, & Eventu.* Quæ qualia sint, & quando ex hisce circumstantiis pœna homicidii exasperari queat, exempli quasi loco paucis videbimus.

16 *Causa.* Et primò quidem *Causa* homicidium crescere videtur, si non ex iracundia & vindicta, sed animo deliberato & ex proposito per insidias perpetretur. Quale homicidium ferè simile est Latrocinio; cum quis nihil mali metuens, ab eo quem inimicum suum non novit, neque resistere potest, interficitur. Ideoq; hoc casu post executionem pœnæ Cadaver Rei Rotæ affigendum, & sic pœnam ordinariam aliquo modo exaggerandam esse, supra dictum fuit *quæst. 7. n. 33.* idque in terrorem atque exemplum, cum pœnarum fructus omnium maximus ad exemplum pertineat, *Ioh. Bodin. lib. 7. de Republ. c. 4. n. 25.* quò alii meliores reddantur, & à criminibus deterreantur, *l. 6. §. pen. l. 2. ff. de pœn. Tirag. de pœn. cap. 48. Gilken. ad tit. C. de sum. Trin. n. 116. Petr. Heig. part. 2. quæst. 39. n. 27.*

17 Et sic Scabinos pronunciare solere supra fuit probatum ex adductis ipsorum sententiis à consultationem Dom. Theodorici, Abbatis in Corvey *M. Septemb. Anno 1613.* Ad requisitionem Iudicis Oppidani Grimmensis, *M. Mart. Anno 1614.* Senatus Sangerhusani, *M. Julio, An. 1609. Vide supr. qu. 7. n. 38. 39. 40. 41.*

18 Aggravat quoque delictum homicidii, eiusque pœnam, si quis alium occidat spe magnæ prædæ potiundæ aut lucri faciendi cupiditate, quod ipsum in crimen Latrocinii incidit & pœnam Rotæ meretur, ut dictum *quæstionibus duabus precedentibus.*

19 Cum quo ferè convenit homicidium quodvis, alicuius utilitatis causa perpetratum; Si scilicet istud aut spe bonorum, aut malorum metu quis fecisse dicatur. *Nicol. Reusn. lib. 2. decis. 21. n. 3.* Ex quo est Chassianum illud vetus, de eo querere solitum, cui bono fuisset: de quo est apud *Tullium pro Sex. Roscio.*

20 Huc referri potest homicidium infæmina si ve ancilla impregnata ab imprægnatore commissum. Eius modi namque homicida non solum delinquit utilitatis suæ causa, quò vituperium & pœnam fornicationis sive adulterii effugiat; sed & duplici modo peccat, dum criminis unius, fornicationis seu adulterii pœnam, per aliud crimen, homicidium nempè, avertere non veretur & sic maleficio cumulat. Quid ergo

mirum, si pœna homicidii hoc casu exasperetur? Certè, Reus iudicem ob id nimiam severitatis minime arguere poterit.

21 *Quod & placuit Scabinis in hunc modum responditibus:* Haben die Weiber/ davon eure Frage meldet/ zufolge unserm jüngstgesprochenen Urtheil vermittels Eides aufgesagt / daß die entleibete Magd schwangers Leibes gewesen/ und über 10. Wochen nit zur Zeit der Geburt gehabt/ und es hat der gefangene M. S. gestanden/ daß er mit gemelter Magd fleischliche Unzucht getrieben/ auch nachmals ferner bekant/ daß er jeso gedachte Magd/ von deswegen/ daß er sie nicht ehelichen wollen/ wissentlich daß sie schwangers Leibes gewesen/ mit einè Steine geworffen und geschlagen daß sie davon sterben müssen/ &c. Da er nun auff solchen seinem gethanen Bekantniß vor Gericht freywillig verharren / oder des sonst wie recht übers wiesen würde/ so möchte er wege dieser begangenen uff bekanten Mordthat nach Gelegenheit distills zur Freystat/ geschleiffet/ und mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft / und folgendes auff ein Rad gesetzt werden/ B. N. W. *Ad consultationem Quæstoris Dippoldi VValdenis, M. Sept. An. 1592.* Eodem modo pronuncia verunt in casu simili, an Procurator Berwalter zu Weissen/ *M. Jul. An. 1593.*

22 Quinimò casu hoc, quo imprægnator fæminam à se imprægnatam occidit, eo fine, ne fornicatio manifestaretur, ob criminis atrocitatem pœnam in tantum exasperandam esse putaverunt Domini, ut quandoque Reus supplicium Rotæ dictare non dubitaverint,

Veluti responderunt ad consultationem Dn. Commis à Mansfeld: So möchte H. S. von wegen solcher begangenen und bekanten vorseghlichen und bösslichen Mordthat/ gestalten Sachen nach / weil man der Schwängerung halber/ wie es damit eigentlich beschaffen/ und wie hoch sie an der Zeit gewesen / selne beständige Nachrichtung wird haben und erlangen können/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden. B. N. W. *M. Jul. An. 1606.*

23 *Pariter pronunciatum, ad requisitionem Quæstoris Sangerhusani, M. Febr. An. 1614.* Imò; quòd Reus homicidii in fæmina à se imprægnata commissi, traha illigatus ad locum supplicij raptandus, & supplicio Rota afficiendus sit, responderunt Domini, ad requisitionem G. à S. M. Febr. Anno 1622.

24 Quæ tamen sententiæ, pœnam Rotæ decernentes, meo iudicio admodum rigorosæ sunt cū nec *Const. Elect. 5. part. 4.* in abigentes partum vitalem, duriorem pœnam quàm gladii supplicium constituat. Nisi quis dicere velit; adversus Reum hoc casu propterea severius animadvertendum, quòd unà cum infante mater occidatur. Sed respectu huius, non nisi simplex homicidium ex proposito committitur. Neque ob utrumque; & duplex homicidium Rota Reus contundi debet, cum, ut paulò post diceretur, homicidium duplicatum tam grave supplicium regulariter nõ mereatur, præsertim cū nec infans in utero existens verè homo dici queat, *l. 9. §. fin. ff. ad leg. Falcid.* sed tantum pro iam nato & homine habeatur, *l. 38. §. 5. ff. de pœn. l. qui in utero ff. de stat. hom.*

25 Ideoq; seposita hac severitate semper pœnam in prioribus sententiis expressam, ut scilicet Reus traha illigatus, & ad locum supplicij raptatus, gladio puniatur, ac postea cadaver Rotæ affigatur, eligere malle, eaque satis dura & sufficiens videatur, quum & Scabinos Veteres hoc casu quòdque pœnam gladii solum dictasse repeterim.

Ad consultationem Iohannis à Schlieben / M. Mart. A. 1590. Senatus VV. eidensis, M. Iun. A. 1599.

Qua sententia fuit lata contra eum, qui non quidem ipsemet feminam à se impragnatam necaverat, sed eam occidere alteri mandaverat, effectus subsequuto.

Deinde: Persona augetur hoc crimen, non quidem eius, qui fecit, at eius qui passus est, hoc est, Principis ipsius. Quale homicidium incidit in crimen læsæ maiestatis, de quo suo loco peculiariter agetur. Vid. infra quæst. 41.

Extra eum quoque casum aggravatur delictum, si quis occidat personam in dignitate constitutam ortu conspicuam, Dominum suum aut Patronum. Petr. Theod. in Colleg. crim. disp. 7. tit. 6. lit. A. Qualem homicidam graviori pœna affici iubet Const. Crim. Imp. Carol. V. art. 137. §. 1. in verb. Und mag man in sùrgesetzten Mord / so der an hohen trefflichen Personen / des Thäters eigen Herrn / c. durch etliche Leibesstraffe / als mit Zangen reißen oder Aufschleiffung / vor der endlichen Lödnung um grösser Furcht willen die Straffe mehren.

Cum quo convenit Ius Civile, quo servi, qui salutem dominorum insidiati sunt, igni absumi iubentur, l. 28. §. igni. ff. de pœn. Aliter enim puniuntur ex iisdem facinoribus servi, quam liberi, & aliter qui quid in dominum, parentem vè autem est, quam qui in extraneum, in magistrum, vel in privatam, l. aut facta. 16. §. persona 3. ff. eod. tit. Nec mirum, cum de iure Romano Domini in servos jus vite necisque habeant: Quæ ratio licet hodie cesset, nihilominus servum occidentem Dominum suum ob violatam reverentiam graviori pœna plectendum esse, existimo, juxta prædictam Ord. Crim. art. 137. in verb. des Thäters eigen H. &c. Quæ tamen verba forsitan non generaliter accipienda erunt, sed solum de iis, qui fide iurata Dominis obstricti sunt, qui violato juramento necantes Dominum gravius peccant: Quales sunt Vasalli qui Dominos suos, à quibus feuda habent occidunt, non solum morte puniuntur, sed etiam honorem ac bona sua amittunt, c. 1. §. porro, qua fuit pr. caus. Quod & verum de Iur. Sax. lib. 3. Landr. art. 184. ibi: Tödet ein Mann seinen Herrn / er hat verwireket seinen Leib und seine Ehre / üd das Gut / daß er von ihm hat zu Lehen, &c.

Aliud autem dicendum, quando servus Dominum neque in dignitate constitutum, neque cui iuramento obstrictus est, interficit; veluti si discipulus artis alicuius mechanicae, opificem suum dominum seu Magistrum occidat: Et si enim & is ob violatam reverentiam graviter peccet, duriori tamen supplicio quam pœnam gladii non erit afficiendus. Veluti in tali casu à Scabini fuit pronunciatum ad consultationem Iudicis in Altleben / M. Sept. An. 1585. Ad requisitionem Senatus in Mügeln / M. Febr. A. 1609.

Ratione personæ quoque aggravanda est pœna in occidete infante. Quia n. homicida ab infante non offendi, neque infans homicidium præcavere, minus verò huic resistere potest; utique homicidium ejusmodi atrocius est quovis alio simplici adeoque homicida talis graviori pœna affici debet.

Hinc, cum H. S. infantem in cunis interfecerat, dicta verunt ipsi Scabini pœnam gladii, adjecta hac severitate, ut post executionem in cadaver Rota imponeretur. Ad consultationem Quaestoris Coldicensis, M. Sept. An. 1617.

In casu simili, quo miles infantem trium annorum miserè interemerat, & insuper ancillam, infantem portantem, nec non citius in aeternum vulneraverat, pœnam gladii, illa tamen,

ut Reti straha injeclis ad Lecum suspicium, pertraheretur, dictam fuisse in Scabinatu Tenensi, M. Iun. A. 1609. Petr. Theod. in Colleg. crim. disp. 7. tit. 7. lit. B.

Quamvis autem gravius quoque delinquere videatur occidens aegrotum, propterea, quod talis aggressori resistere, & necem avertere nequeat: ne utique tamen hoc casu pœna homicidii exasperanda est, ob Const. Elect. 5. part. 4. quæ expressè eos qui necaverint homines aegrotos & lue pestiferam infectos gladio puniri iubet; Secundum Leges autem municipales & statuta iudex arbitrio suo remoto pronunciate tenetur, quoties casus in iis est decisus. Bart. in l. ambitiosa. 4. 11. ibi: item ex vigore dicti arbitrii. ff. de decret. ab ord. faciend. Bald. in l. qui ergo 13. §. pœna gravior. n. 12. vers. hic quare quando pœna est limitata &c. ff. de hi qui nos insan. Jacob. Schult. add. Modest. Piff. part. 3. q. 130. 33.

Ideoque pœna gladii fuit ad iudicata M. H. qua foemina quandam aegrotantem ex peste infectam occiderat. Ad consultationem Senatus Torgensis, M. Mart. An. 1584.

Tertio: Atrocitatem pœnæ auget LOCUS, d. l. facta, 16. §. 4. ff. de pœn. gravius enim videtur delinquere occidens aliquem in propria sua domo, violatam eius securitate & religione, quam a libi, Nicol. Reusn. l. 1. decif. 16. n. 30. cum domus cuiusque sua tutissimum sit refugium atque receptaculum, l. plerique, 18. ff. de in ius vocando, nihilque sanctius, aut omni religione munitius sit, quam domus uniuscuiusque civium, ut elegantè ait M. Cic. in Orat. pro domo sua, & Xenophon. l. 7. Cyropad. Quod eatenus verum arbitror, si quis occidendi & nocendi animo aedes ingressus, aliquem interficiat, Tunc enim in terrorem aliorum post executionem cadaver Rota affigendum esse putato. Siquidem hæc pœna obtinet in quovis alio homicidio ex proposito & animo deliberato extra domum commissio, ut dictum supra q. 7. n. 33.

Hinc quando H. G. animo occidendi ingressus domum alicuius viduae, eam necaverat, simulque, fassus fuerat, sapientè ac diu se facinus istud perpetrare constituisse, propterea quod vidua occisa non obstantè promissione de matrimonio secundo in eundo, cum alio sponsalia contraxisset, responderunt Scabini Rota gladio plectendum esse cadaver post executionem Rota imponendum esse. Ad consultationem Iudicis Grimmenfis, M. Mart. An. 1613.

Aliud verò dicendum, si quis aliquem in rixa in eius domo, casu fortuito exorta, occidat. Licet enim & iste non parum violet domus securitatem; attamen cum homicida amicè aedes occisi ingressus, nil minus quam talem eventum infelicissimum cogitans, ex causa quadam superveniente & calore iracundiæ deliquerit, pœna homicidii ne utique erit exasperanda.

Veluti sic etiam pronunciarunt Scabini versus Weigtesberg / ad consultationem Quaestoris, M. Iun. Anno 1601.

Huc quoque referri debet homicidium in loco sacro commissum, præsertim in persona Ecclesiastica. Veluti eiusmodi casus fuit transmissus ad Scabinos An. 1612. quando miles quidam in templo præconè verbi festo die S. Michaelis finita concione de suggestu descendente interfecerat, propterea, quod præco increpando, eum è suggestu nuncupaverat einen Hellenhund / item ex solre des Teuffels eigen seyn. Quod facinus multo atrocius fuit alio quovis simplici homicidio; utpote perpetratum 1. In persona ecclesiastica, 2. in templo. 3. Eo tempore quo tractabantur divina. 4. & quia per id divina fuerant turbata.

Ob hæc circumstantias concurrentes turbatorem & interpellatorem quemvis facturum

Quæstio. Quomodo puniendus sit, qui Dominum suum occidit?

Quæstio. Pœna occidens infansem.

36

37

38

39

Locus. Quæ pœna occidens aliquem in propria domo?

40

41

42

43

Quæstio. Quæ pœna plebani sit occisor per. fona Ecclesiastica sacra tractat. eius in templo?

44

rum

rum seu divinorum, licet persona religiosa non fuerit occisa, capitaliter puniri debere, docet Bald. in l. si quis in hoc genus, cum Auth. sed novo iure. C. de Episc. & Cler. Quamvis in terris Saxonis, turbatis divinis nunquam duriores poenam quam fustigationem turbatoribus infligi, se vidisse testetur Matth. Coler. part. 1. decis. 178.

Aggravato igitur in prædicto casu, delicto homicidii, supplicium quoque aggravandum esse censuere Scabini, dictantes homicidæ poenâ Rotæ cum hoc augmento, ut nempe Reustrahæ iniectus ad locum supplicii pertraheretur.

45 In hunc modum: So wird er von wegen solcher begangenen und betandten surselichen und bösslichen Mordthat / so er in loco sacro an einem Prediger Göttliches Wortes / als derselbe seinen Zuhörern Gottes Wort geprediget und aufgeleget / und also seines ordentlichen Berufss abwartet / und dem Gefangenen nichts zu wieder und zu seide gethan / Sondern sein Lehr- und Straff Ampt / wie sichs gebühret / verichtet / andern dergleichen Frevelern / das mit sie solche greuliche und abscheuliche Mordthaten in der Kirche an den Dienem Göttliches Wortes zu begehen und zu verüben gleichsam dadurch geschreket und abgehalten werden / anfänglich zu der Feindstade billich geschleiffet / und folgendts darauff mit dem Nade vom Leben zum Tode gestrafft / auch noch vollstredt / et exaration der todte Körper uff noch berührtes Nade / damit er gerechtfertiget worden / gelegt und geslochten. B. B. W. Nach Freyburg / in der Landtschafft Redingen zu Balen / An Graffen und Hauptleute des Landes Redingen / M. Decemb. Anno 1612.

46 Queritur hic non impertinenter: An occidens aliquem in viâ seu stratâ publica graviore poena debeat affici? Nam quod in viâ publicâ committitur, pro vi publicâ habetur, præsertim accedente machinatione improbâ, & graffatione seu viâ obfessione, quæ ex Constitutione pacis publicæ gladio pupienda est, etiam non subsecutâ eade. Const. Elect. 13. part. 4. gloss. in art. 38. Weichbild. n. 15.

47 Pro resolutione huius dubii puto distinguendum esse: An quis animo deliberato occidendi alterum expectet in viâ publicâ, eumque postea aggrediatur & interficiat; An verò, rixa inter viatores coambulantes, aut sibi invicem obvientes, exortâ, alter alterum occidat. Priori casu Homicidii Reus ex proposito & animo deliberato aliquem interficiens, præterquam quod capite plectendus est, executione peracta, cadaver quoque ipsius Rotæ affigi debet.

48 Tum, quod iudex pro arbitrio suo quemvis homicidam animo deliberato per insidias aliquem interficientem, eiusmodi poenâ afficere potest, ut dictum fuit supra quest. n. 33.

Tum, quod insidiosus occultator expectatis aliquem animo occidendi in viâ publicâ, poenâ gladii plectendus, etiam homicidio non subsecuto. Const. Elect. 13. in pr. part. 4. gravius ergo puniri debet, si non solum expectet, sed etiam occidat aliquem.

49 Ita pronunciatum Ad consultationem Dn. Theodorici Abbatis in Corvey / M. Sept. An. 1613 Ad requisitionem Quæstoris in Eitshing / Mens. Mart. Anno 1615.

50 At, si inter Viatores coambulantes in viâ publica rixâ exortâ, alter inconsulto calore & ita fervore alterum occidat, tum Reus homici-

dii solum gladio puniri debet; utpote ob simplex homicidium ex calore iracundiæ perpetratum.

Sicuti responsum à Scabinis ad Consultationem Quæstoris in Freyburg / M. Mart. An. 1598. 51 It. Ad requisitionem Quæstoris Lipsensis. Mens. Maio, Anno 1600.

Quarto: Ratione TEMPORIS quoque augetur delicti & poenæ atrocitas, veluti quod sero, vespere vel potius nocte ingruente crimen sit perpetratum; l. aut facta 16. §. 5. ff. de poen. Nicol. Reusn. lib. 2. decis. 21. n. 9. nam & nox aggravare delictum dicitur. Alex. cons. 211. vol. 2. & cons. 156. col. 4. vol. 5. Bal. cons. 174. col. 1. vol. 2. Dec. cons. 163. col. 3. Cravet. cons. 178. n. 2. vol. 1.

Quod quidem in aliis delictis veluti effractione & furto absq; dubio verum est. d. l. 16. §. 5. ff. de poen. In crimine autem homicidii non puto gravius puniendum esse Reum qui nocte, quam qui tempore diurno aliquem necavit, cum pleraque homicidia committantur ab iis, qui tempore nocturno comotationibus, commestrationibus, aliisque carnalibus voluptatibus indulgent; Nisi aliud forsitan delictum aliæve circumstantiæ concurrant.

Neque etiam gravius aliquo supplicio plectendum esse, puto, qui in diebus festis cultui divini destinatis, veluti in festivitate Nativitatis Christi, Paschatos, Pentecostes &c. homicidium committit. Et si enim transgressio Sabbathi per se etiam grave sit peccatum, cum violatores Sabbathi se faciant reos totius cultus divini, eosque in Veteri Testamento vitâ puniendos iudicaverit Deus, Exod. 31. vers. 14. 15. Num. 15. vers. 35. 36. ut sic dupliciter peccet occidens aliquem in Sabbatho, aut aliis diebus festis Iodoc. Damboud. in prax. rer. crim. cap. 137. n. 18. Attamen, qui hodie transgressores Sabbathi à Magistratu arbitrariè puniuntur, poenâ major homicidii minorè poenâ absorbet. Johan. Andr. in e delictum, de reg. iur. in 6to. Nicol. Reusn. l. 1. decis. 16. n. 43. Gomez. in §. ex maleficiis n. 2. Inst. de actio.

Et certè quoad transgressionem Sabbathi veniam aliquo modo meretur, qui præter intentionem violandi diem festum, calore incognito & fervore iracundiæ commotus, Sabbathi die in aliquo irrui, eumque offendit & necat.

Veluti sic poenam gladii dictaverunt Scabini C. L. qui in feriâ primâ festivitatis Paschatos aliquem trucidaverat Segen Cottbus / An Bûrgmeister und Rath. M. Maio, An. 1593. 56 Simili modo L. W. ob perpetratum homicidium feriâ secundâ Paschatos gladio plectendum esse, pronunciarunt Senatus in Adorff / Mens. Maio, Anno 1610.

Pariter responderunt in casu commissi homicidii 57 feriâ secundâ Pentecostes. Ad consultationem Quæstoris Coldicensis. M. April. Anno 1601.

Quod si quis præmeditato & deliberato animo in die quodam festo, & cultui divino destinato, aliquem aggradiatur, & maliciosè occidat, eum graviore poenâ plectendum, & ad minimum post executionem cadaver Rotæ affigendum esse, vix dubio; per ea quæ severè scriptis contra violatores Sabbathi Frid. Balduis. de Casib. Cons. lib. 2. cap. 13. casu 9. 59

Quinto: Ex QUALITATE FACTI crescit quoque

quoque crimen homicidii & pœna eius. Qualitas enim animum delinquentis declarat, *Bart. & Angel. in l. 1. §. Divus ff. ad Leg. Corn. de sicar. ubi & Hyppol. de Marfil. num. 59* Sic graviter peccat qui cultro, quàm qui baculo aliquem occidit: unde & de jure Saxonico, is qui cultro aliquem vulneraverit, capite plecti debet, ut est textus *artic. 83. Weichbild. Welcher einen mit einem Brodmesser beschädiget / dem gehet das ungerichte an den Hals / denn das Messer eine diebliche Mordwehr ist.*

60 Gravius quoque videtur delinquere & gravio-rem promeretur pœnam, qui reiterata percussione ac vulneratione aliquem trucidat.

61 *Veluti etiam hoc casu severiorem pœnam dicta- verunt Scabini, Versus Hohenstein: Hat H. L. in guten beland und gestanden / das er G. M. Vieh- magd uff der Wiesen / als sie gegraeset / Unzucht an- gemuhtet / und sich darzu entblösset. Was sie aber uffge- fahren und ihme einen Schaden mit der Sichel am Männlichen Gliede zugefüget / hat er sein Brodmes- ser ergriffen / sie in die Kehle gestochen / und als sie ihme das Messer nehmen wollen und ihn darnieder gestossen / hat er ihr folgende Beschädigung zugefüget: Ein Schnitt vom Munde über den Backen / bis ans Ohr / drei Stiche in Hals / die Gurgel und den Hals um und um einzueyn geschnitten / beyde Brüste so wol den Leib von der Weiblichen Scham an bis an den Nabel uffgeschnitten / einen Stich zwischen den Brüsten / einen Stich in Rücken / beyde Sitzsäcken zuspalten / beyde Spau Adern und Waden an den Beinen bis an die Knorren uffgeschnitten &c. So mag er von wegen solcher begangenen und belande- ten unthwilligen und bösslichen Entleibung mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gestrafft und nach erlittener Todes straff andern zum abscheulichen Exempel uff ein Radt gelegt werden D. N. W.*

62 *Ad requisitionem Quæstoris M. Jul. Anno 1611. Quandoque etiam ob atrocitatem ingentem cri- minis commisi, Rota supplicium Reus fuit indi- ctum utpote Versus Hartenstein, Quam M. VV. ob homicidium commissum in carcere detentus, in feria prima Pasch. ut officialem Quæstoris den Landtnecht / senem 80. annorum cibum sibi ad- ministrantem horribiliter trucidaverat, An Schwöffer, Mens. Apr. Anno 1604.*

63 *Et in casu simili, quando M. VV. feminam quã- dam projiciendo eam in terram, raptando, pedi- bus calcando & concutiendo, trifsi & horribili modo necaverat, Ad requisitionem Nicolai Wangemans / zu Ellingen. M. Jul. A. 1590.*

64 *Sexto: ratione QVANTITATIS augetur & aggravatur crimen homicidii, si istud non tan- tum semel commissum, sed aliquoties reitera- tum & plures personæ ab uno eodemque Reo occi- sã fuerint: Quò casu absque dubio ob reiterati- onem delicti à Iudice pœna aggravari potest; cū maiorem promereatur pœnam qui in crimine, istud sepius reiterando perleverat, quàm qui se- mel affectibus indulgendo inconsulto calore in delictum hoc incidit. l. capitalium. 28. §. solent. & §. grassatores ff. de pœn. l. 1. ff. de iur. patron. l. 3. C. de episc. audient. l. servos. 8. C. ad l. jul. de vi publ. Ant. Gomez. tom. 3. var. resol. c. 3. n. 60. in fin. Nicol. Renf- ner lib. 2. decis. 20. n. 6.*

65 *Queritur autem: Annon semper iudex pœnam homicidii in crimine hoc duplicato aut triplicato ag- gravare, & dilando pœnam gladii Reum simul ad ustulationem candentium forcipum toties nempe,*

quoties homicidium ab ipso reiteratum fuerit, con- demnare necessario teneatur? Quod primâ fronte ita dicendum videtur.

1. Quia hoc ita dispositum in crimine Latro- cinii & Veneficii, *Ordin. crimin. Imper. Carol. V. artic. 130. ut & in Parricidio, Const. Elecl. 3. §. und wofern. part. 4.* species autem homicidii sunt Par- ticidium, Latrocinium & Veneficium; & certè simplici homicidio commisso æque Respublica civibus suis privatur, atque in Latrocinio & Par- ticidio, ut sic non absque ratione dispositio ista criminalis de ustione ferri candentis, huc ex- tendi queat.

2. Ob textum clarum in Const. Crim. Imper. *art. 137. §. 1. in fin* ubi expressè dicitur: Quod, si ex circumstantiis accidentibus crimen homicidii aggravetur, supplicium inter alia etiam sic augeri debeat, ut Reus forcipibus candentibus aduratur. Cum ergò per reiterationem homicidii crimen hoc non parùm augeatur, utique tali casu maximopere Reus homicidii ferro candenti ustulari debet.

Veruntamen contrarium, quòd scilicet ob reiteratum simplex homicidium regulariter Reus forcipibus candentibus prehendi & aduri non debeat, longè verius est.

66 *Tum, quòd nullibi hoc constitutum reperia- tur: Absque lege autem nihil temerè asservandū est, l. dissentientis 5. ibi: nulla præcipit juris Consti- tutio. C. de repud. nec sine certâ iuris auctoritate quicquam facile dicendum e. in. qui in Eccles. 18. in fin. pr. extr. desentent. excom. in 6to. Hartm. Pistor. q. 1. n. 100. ibi: cum absque lege &c. q. 13. n. 35. ibi: cum sine certe iuris auctoritate &c. lib. 2. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Piff. part. 3. q. 126. n. 189. Et quod lege non cavetur, in practica non habetur. Bald. in c. nihil 44. n. 25. v. item quod in lege ext. de elect. & elect. potest. Ias. in l. illam 19. n. 8. C. de collat.*

67 *Tum, quia in Const. Elecl. 5. vers. Doffe aber part. 4. expressè disponitur, Quòd Reus homi- nes ægrotos ac peste infectos occidens gladio puniri debeat; nihil autem ibidem de ustulatione ferri cadentis habetur, ut ut etiam plures ho- mines fuerint occisi: in verb. Doffe aber die Leute allein umgebracht und nicht bestohlen / sollen sie mit dem Schwerd gerichtet werden.*

68 *Tum, quòd, si ob reiterationem cuiusvis criminis Reus candenti ferro lacerari deberet, etiam adulter ob continuationem adulterii for- cipibus cadentibus ustulandus esset, quod tamè falsum esse quilibet facillimè concedit. Bald. in l. quicumque, 4. col. 2. C. de serv. fugit. Ias. in l. eum qui 30. §. in popularibus un. 5. ff. de iure iur. Nicol. Renfn. lib. 2. decis. 20. n. 13*

69 *Prout etiam responderunt Scabini ad requisitio- nem Prætoris Lipsensis: So wird MP von we- gen solchen an gedachten H. M. und den andern beyden Personen begangenen und belandten Entleibungen / mit dem Schwerd vom Leben zum Tode hiewiederco- rum billig gestrafft D. N. W. M. April. An. 1597. Et in casu non multum dissimili, An Rath zu Drr- randt / M. April. An. 1627.*

70 *Neque hisce refragatur 1. art. 130. Const. Crim. Carol. & Const. Elecl. 3. part. 4. Iste enim expressè de Latrocinio & Veneficio: hæc autem de Parricidii*

icidio loquitur, adeoque textus isti, ceu in poenalis & odiosis strictè accipiendi sunt, nec ad simplex homicidium extendi debent, c. statutū 22 extr. de elect. in 610. Corn. conf. 114 col. 2. lib. 1. Jacob. Menoch. de presumt. lib. 6. presumt. 4. nu. 35. Et quisnam est, qui non animadvertit diversitatem inter homicidium simplex, & delicta Latrocinii, Veneficii & Parricidii, ut quæ multò atrociora sunt simplici homicidio, id quod vel solū ex diversitate poenarum apparet. Iam autem à

73 separatis nulla fit illatio, Jacob. Schult. ad Modest. Pist. part. 3. q. 126. n. 149. & q. 127. n. 60. consil. 69. n. 10. cent. 1. Matth. Vvesemb. conf. 34. n. 25. libr. 1. Andr. Gail lib. 1. observ. 11. n. 5.

74 2. Non etiam obstat art. 137. §. 1. Ordin. Crim. Carol. Vt qui expressè loquitur de Latrocinio, uti apparet ex verb. und in vorgefetztem Word etc. quàm longè aurem ab invicem differant Latrocinium & homicidium, omnibus constat, & ex diversitate delictorum arque poenarum clarissimum est, vid. gloss. germ. in Landr. art. 13. lib. 2. in verb. Diecimen Mann: c. Deinde, licet dict. artic. 137. §. 1. de quovis homicidio esset exaudiendū, ne utiquam tamen exinde probatur, Reum homicidii crimen reiterantem candenti ferro regulariter lacerandum esse, cum solū arbitrio Iudicis ibidem committatur pro ratione circumstantiarum & atrocitatis, poenam homicidii aggravare. Neq; enim inficior, Iudicem ob atrocitatem & reiterationem criminis quandoque ustulationem forcipum candentium decernere posse.

Prout à Scabinis responsum fuit Praef. Ho Vvesfensensens, M. April. An. 1613.

75 Sed Reum homicidii regulariter sicuti Latronem, ob reiterationem delicti candenti ferro lacerandum esse, nego ac pernego, tantumq; abest, Iudicem non alio modo poenam ob reiterationem homicidii exasperare posse, ut potius hoc ipsi expressè permittatur, in dict. art. 137. §. 1. Ord. Crim. Carol. in verb. Durch etliche Leibes-

straff / It: oder Aufschleiffung etc. unde apparet, quæ de ustione forcipum candentium in dict. art. 137. constituta reperiuntur, exempli solū loco posita esse, Iudicis autem arbitrio committi, quo modo pro atrocitate criminis poenam ordinariam aggravare velit eo casu, quò poenam ob reiterationem homicidii in terrorem & exemplum exasperandam esse putat.

Hinc reiterato crimine homicidii Scabini poena 76 gladii hoc augmentum addiderunt, ut Reus ante executionem traha illigatus ad supplicii locum pertraheretur, respondentes ita Senatui in Bitterfeldi M. Jun. An. 1609.

Et in casu simili Rota poenam decernere non dubitaverunt, ad requisitionem Questoris in Boro big! M. Octob. An. 1617.

Deniq; EVENTV IPSO crescit delicti & 77 poena atrocitas, quando post caedem factam secuta est deroboratio aut spolium. Quo casu homicidium incidit in crimen Latrocinii; Vel si quis ad instantiam alterius & certâ mercede cōductus alium occidit, quò mercedem cōsequatur; quo casu Assassinium committitur, & utroque modo poena homicidii exasperatur, Reusq; Rotæ supplicio afficitur, prout supra q. 19. & q. 22. pluribus demonstratum fuit.

Et hæc exempli loco adduxisse sufficiat. Ex 78 quibus apparet, Iudicem pro ratione circumstantiarum & qualitatum, poenam ordinariam homicidii bene aggravare posse. Quod si faciendum arbitratur, duos illos sales, de quibus supra dictum, nempe saltem scientiæ, & saltem cōscientiæ adhibeat, ac omninò sibi hanc necessitatem impositam existimet, ne vel nocentem mitius, vel innocentem durius, quàm par & æquum est, puniat l. respiciendum 11. l. hodie 13. ff. de poen. In dubio tamen semper pronior sit ad mitiorem poenam, meliusq; putet propter misericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem l. absentem ff. de poen. l. interpretatione. ff. eod. tit. c. allegant. 26. qu. 7.

QVÆSTIO XXV.

De poena plurium in rixa aliquem occidentium.

SUMMARI A.

1. Omnia iudicia hodie sunt extraordinaria.
2. Pluribus ex causis poena homicidii debet mitigari
3. Sicuti etiam in casu homicidii à pluribus in rixa commissi.
4. Quæ poena tunc occidentes puniendi sunt, n. 5. 6.
7. Quid juris in foro Saxonico n. 8. 9. 10.
11. Si omnes animo deliberato occidendi percusserint n. 12. 13. 14. 17. 18.
15. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 16.
19. Quando de autore vulneris mortiferi constat. n. 20. 21. 22. 23.
24. Si plura vulnera fuerint inflicta, quoniam verò primum vulneraverit, certo non constat. n. 25. 26. 27. 18. 29. 32.
30. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 31.

Iudicis officium est non solū ob atrocitatem delicti poenam exasperare, sed & eandem, si res & circumstantiæ hoc postulent, mitigare, Bart.

33. Si nō cōstet, quis vulnus lethale inflixerit n. 34. 35
36. Tortura hoc casu quando & cui imponenda.
37. Observantia Scabinorum Lipsens.
38. Quam indicia hoc casu ad torturam sufficiētia sint
39. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 40.
41. Quando vulnera inflicta lethalia non sunt, omnia tamen simul junctâ mortem asserunt. n. 42. 43. 44.
45. Sententia Scabinorum Lipsensium.
46. Quomodo puniendi qui rixa interfuerunt & percusserunt, sed non occiderunt. n. 47. 48.
49. Responsum Scabinorum.
50. Quomodo puniendus author rixæ n. 51. 52. 53. 55.
54. Responsum Scabinorum Lipsensium.

in l. quid ergo 13. §. poen. gravior. ff. de his qui not. inf. Traq. de poen. temp. in praef. n. 20. & seq. Omnia n. iudicia hodie extraordinaria sunt, §. fin. Inst. de interd. l. 3. l. f. C. eod. tit. l. 1. & 2. C. de for. & imp. subl. Et in